Clemens Quintus.

¶ In opus Clementinarum Carmen tumultuarium.

OPtima Clementis Quinti decreta volutans
Sedulus impressor plurima iunxit eis:
Diuisit glossas, Summaria multiplicauit,
Et casus longos addidit, atq; breues:
Materies tabula glossematis extat aperta,
Quę facili prębet quęq; petita via:
Iure professores perdocti Petrus, ⁊ Abbas,
Libro doctrinas huic tribuere bonas:
Expulit ambages, Exiui de paradiso.
Francisci docti pileus ipse ruber.
Exuet ante suos iuris studiosus amictus,
Et tam pręclarum non sibi quęrat opus.
En age rumpe moras, primęuo flore iuuentus:
Uertice cum cano turba senilis ades.
Ne fugite ob prętium, diues pauperq; venite,
Hoc opus excellens venditur ere breui.
Floribus iste liber, pomis quoq; plenus odoris,
Multis cœleste (credito) manna dabit.
Hunc mittet varias Hugo portanus in oras
Ut tanto possit munere quisq; frui.

© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=xv-buchh-v3-0049